

funt: Oratio. *Deus, qui famulum tuum N. abbatem et sacerdotem sanctificasti vocatione misericordie et assumpsisti consumatione felici, suscipe propitius preces nostras et presta, ut sicut ille tecum est suis meritis, ita a nobis non recedat intercessione et exemplis. Per Chr. D. N. Secreta. Cancelede quesumus omnipotens deus, ut anima famuli tui N. abbatis et sacerdotis per hec sancta mysteria in tuo conspectu semper clara existat, qui tibi in hoc seculo fideliter ministravit. Per Chr. D. N. Complenda. Prosit quesumus domine anime famuli tui N. sacerdotis et abbatis misericordie tue implorata clementia, ut eius, in quo speravit et credidit, eternitatis capiat te miserante consortium. Per Chr. D. N. Postrema primis non fatis consonant.*

DCCCLX.

R. 2099 Codex partim membraneus partim chartaceus Germ. Sec. XIV. Folior. 257. f. per duas columnas luculente scriptus et minio distinctus Versio est Precum Missalium, Epistolarum et Evangeliorum a Dom. I. Adventus usque ad Pascha cum adjuncta Expositione, five Pars Hiemalis vulgo dicti Plenarii, quorum varia primis typis edita habemus, ad captum Rudium adornata ab Anonymo, qui Prologo galeato eam contra Adversarios tuetur, caussatos, ejusmodi Versionibus S. Scripturae et Postillis lingua vulgari editis obstrui luminibus Praeconum divini Verbi. Ita vero orditur: *Meyn*

anevechter hot ir eygyne gewisfen dor czu getwungen, das sie vncz an dise czeit geswygen sint do wider czu reden, das ich di beilegen ewangelio czu douczchen brocht habe. Nu sint aber ander auf gestanden, die hot tumpliche hochuart dor czu brocht, das si cranke holfe rede er vorcziben vnd sprechen: was sulle wir nu predigen, sint man die beilege schrift in stoben vnd in housern vnd in douczber sproche list vnd boret. Denselben wil ich mit der beilegen schrift antworten &c. Atque id magno sacrae Paginae usu egregie praestat, oblocutores arrogantiae et invidiae coarguens. Inter alia: Ouch sprechen etliche aus hochvart vnd aus neide: ich sei czu crank an der kunst czu disen sachen, wen ich sei in hogen schulen nicht gewesen. Vnd das ist wor. — Dach han ich manecken erkant. der in hogen schulen gewesen ist. vnd ist in der selben eynfalt herwider komen. also her ovs fur. Es sei denne. op her habe gelernet schirmen (digladiari) ader di meisterliche goldyne zal. &c. De hac Dialecto difficile est arbitrari, nisi quod frequens literarum a et o permutatio Moravum aut Bohemum innuere videtur. Subjiciam aliquot ejus technica liturgica: Vigilia Nativitatis, Cristes Obund. Epiphania, Oberste Tag. Dominica Septuagesimae, Suntag also man das allelvia leget, Dies Cinerum, Aschttag. Dies Veneris in Parasceve, Guter Vri tag. Expositiones Epistolarum et Evangeliorum non raro valde prolixae sunt, et plurima γλωσσηματα

2099

C O D I C E S

2100

ra subpeditant, velut etiam quorundam Hymnorum interpretatio.

DCCCLXI.

C. 952 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 172. 4^{to}. probe scriptus, rubricis ornatus, et adlatus e Parthenone *Halensi* in *Tyroli* est *Missale* et *Lectionarium* complectens primum *Missas* de Tempore a I. Dom. *Adventus* ad Dom. XXV. post *Pentecosten*, dein *Missas* proprias de Sanctis a D. *Andrea* ad D. *Catharinam*, demum *Communes* de Sanctis, quibus accedunt *Missae* de *Dedicatione* Ecclesiae, de B. V. *Maria*, et pro *Defunctis*. Initium est ejusmodi: *Ad te leuavi animam meam. Mein got ich hub uf mein sel zu dir ich geloube ouch an dich. Darumbe enscheme ich mich nicht noch mein veinde verspotten mein nicht und darumbe alle die dein beiten die enwerden nicht geschant.* Epiphania audit *der oberste tag*, Dies cinerum *der Aschtag*, Caena Domini *der Antlaztag*, quo die fol. 57. insertus est prolixus cento evangelicus *Sermonum* Christi ad discipulos hac sub rubrica: *Daz ist die lange predige die got selber gepredigt bat an dem grunen doners-tage seinen Jungern.* Catechumeni vocantur *die Westeparen*, de quo composito sententias rogavit *Scherzius* in *Glossar. h. v.* *Annuntiatio* B. V. *der Tag der potschaft* &c. Ita et in *Versione Sequentiarum* non pauca occurrunt *γλωσσηματα*. Fronti *Codicis* adpicta fuere gemina *Scuta* gentilitia nunc quidem

fatis extrita, quorum dextrum *Leopardos*, putem, duos nigros in area argentea, finistrum sectum partim aquilas sibi oppositas in area rubra, partim fascias alternas argenteas rubrasque ostentat.

DCCCLXII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3322 XII. Folior. nunc 333. 4. pereleganter scriptus, coloribusque illustratus *Officium* chori, quod *Breviarium* adpellamus, complectitur, partibus illis, quae legendae sunt, caractere majori, quae vero cantandae, minori, eoque accentibus musicis desuper impositis notato exaratis. Initium ducitur ab *Adventu domini* ita tamen, ut et *Sanctorum Festa* ordine suo inferantur, quorum primum est *Natale Sancti Nicolai Archiep.* In his *Hymnos*, *Lectiones*que varias e *Vitis* depromptas occurrere, quibus nunc alia substituta sunt, vix est, quod moneam. Inter *Sanctos* multi *Germaniam* spectant: *Walpurgis*, *Columbanus*, *Afra*, *Udalricus*, *Othmarus* &c. Sola *Pentecostes* solemnitas litera maxima columbam exhibente auro, coloribusque varia decoratur. Speciminis ergo *Dramatione* e *Paschatis Nocte Sancta* adscribam. *Mulieres* Dicunt. *Et dicebant ad inuicem quis reuoluet nobis lapidem ab hostio.* *Angeli. Quem queritis in sepulchro o chresticole.* *Mulieres. Iesum Nazarenum crucifixum o celicole.* *Angelus. Non est hic surrexit sicut predixerat ite nuntiate quia surrexit de sepulchro.* Revertuntur et in choro.